

(d) **Secundùm Regulas Juris.** *l. Procuratore. 55. ff. de Procurat. Fab. Turr. tr. de Eff. & Def. Claus. Codicill. q. 22. n. 5. Calvin. in Lexic. verbo Ritè (pag. m. 1766. n. 60.)* Nam licet §. *fin. 7. de Codicill.* loquatur per dictionem universalem Negativam, & dicat, nullam solennitatem ordinationis requiri in Codicillis, attamen non videtur statuere, quasi liceat unicuique temerè & quovis modo, exclusis & neglectis omnibus & singulis solennitatibus ad Codicillandum prorumpere: Sed saltem miseram & rigidam diligentiam *l. pen. §. ult. ff. de leg. 2. qualem juris scrupulositas nimiaque subtilitas in Testamento requirit, l. Postumus. 12. pr. de injust. rupto. & in Testium septenario numero. l. 8. 12. 21. 26. 28. 30. & ult. C. de Testam. rogatione. auth. Rogati. C. de Testib. Novell. 90. cap. 2. sigillatione l. 4. 6. & 7. ff. Testam. quemad. aper. l. 22. de Testib. nec non in Testatoris, si literas norit, authographo. l. cum antiquitas. 28. §. 1. & l. seq. C. de Testam. & aliis solennitatibus, consistit, remittit: Manente nihilominus alià adhuc observatione, quoad scilicet quinarium Testium numerum, actum continuum & subnotationem, si Codicilli in scriptis fiant, *ut est hac de re tex. express. in l. fin. §. ult. C. de Codicill.* quæ adeò sollicitè tenenda est, ut ea neglecta actus totus corruat & nullus fiat. *Sichard. ad rub. C. d. t. n. 3.**

(e) **Ad differentiam Contractuum,** qui inter vivos fiunt & statim obligationem pariunt, *l. Labco. 19. vers. contractum. de VS. neque revocari ullo modo possunt, l. 1. pr. de Paët. l. sed addes. 19. §. 9. inf. ibi, fidem contractus impleri æquum est: L. 21. ibi, bona fides exigit, ut id, quod convenit fiat. ff. Locati. l. contractus. 23. ibi, hoc servabitur, quod ab initio convenit, de R. 7. nisi utraq; parte consentiente. l. sicut ab initio. 5. C. de O. & A. l. inter stipulantem. 83. §. 1. de Verb. Obl. Cùm è diverso Codicilli perinde ac Testamentum *l. 1. ff. qui Testam. fac. poss. quod imitantur. argum. l. quidam referunt 14. arg. l. ab intestato. 16. b. semper vivo disponente propter ambulatoriam voluntatem, l. quod si iterum. 4. ff. de adim. leg. l. 1. C. de SS. Eccl. revocari possint, l. si quis in principio. 22. in pr. ff. de leg. 3. & non nisi post mortem ejus valere incipiant. l. un. §. cum igitur. 1. C. de Caducis toll. tot. tit. ff. C. & Inst. de Codic. Reusn. tr. de Cod. cap. 3. n. 17.**

### THES. III.

Codicillus vel verus est (a) vel Codicillus quasi, (b) isque vel Testamentarius (c) vel Subsidiarius (d.)

Vul-